



1. Arnoldi Joh. Conr. diff. de Deo, Mundo et Homine, Gisse 1719.
2. Baumgarteni Sijism. Jac. diff. ad verba Rom: 1. v: 4. Hald 1738.
3. Beumleri Marci diff. de libero Nature Tiguri 1797.
4. Gernerii Salam. Theres. de Sacramentis in genere, Wittenbergæ 1596.
5. Hartmanni Joachimi diff. Sirtens Vati-
cinum Simeonis. Rostochij 1744.
6. Heilbronneri phil. diff. proponendi
Antitheria Doctrinae petri Apostoli et
Pontificis Romani, Lauingæ 1597.

7

DISPUTATIO
DE
RELIGIONIS
CHRISTIANÆ PRINCIPI-
PIO: VERBO DEI SCRIPTO,
ET NON SCRIPTO,

*Quam
Præside*

DEO TER OPTIMO MAXI-

moq; publicè ventilandam proponit

LEONHARTUS HUTTERUS, S. S.

Theologiæ Doctor & in Academia Wite-
bergenſi Profeſſor.

Respondente

M. GEORGIO HERDENIO MARPVR-
genſi Heſſo.

Ad diem 25. Februarij, horis matutinis conſuetis.



*Suo.
Furua. M. 88*

VVitebergæ, excusa typis M. Georgij Mullerj.
M. D. XCVII.



D I S P U T A T I O

R E L I G I O N I S

C H R I S T I A N A E P R I M I C I E

P I O V E R B O D I C O R R I P T O

A L I A N D I C A

D O C T O R O P P O L I T A N O M A X I

M O D I C I S P R O P O S I T I O N I S

L E O N H A R T I H E R D I N G I S S I

T H E O L O G I A E D O C T O R I S

A L I A N D I C A

M G E O R G I O H E R D I N G I O M A R T I

G E N T I L I S

A L I A N D I C A

V I N D I C A T I O N E M G E O R G I I M A L L E R I

M D X C V I I



DISPUTATIO
De Religionis Christianae principio: VERBO
DEI SCRIPTO ET NON SCRIPTO.

THESIS I.

Tradit Philosophorum princeps Ari-
stoteles, hanc singularum scientiarum esse naturam, ut
certis, usq; ἀπορίσιν καὶ ἀναπόδεικτοῖς innitantur
Principiis: quorum tanta sit autoritas & certitudo, ut
in dubium ea vocare ausus qui fuerit, cum eo ne disputandum quidem
amplius esse, saniores quique uno ore fateantur.

II.

Et id quidem haud immerito. Nisi enim hujusmodi principiorum
quasi repagulis, intra certos limites ingenij humani cohibeatur ferocia;
in infinitum ferri disquisitionem, ac omnem proinde tolli scientiam ne-
cesse est: Infinitorum siquidem, Philosopho teste, nulla est scientia.

III.

Quodsi Philosophi tantoperè de principiorum suorum autoritate
sarta tecta asserenda laborarunt: quanto magis nobis annitendum fuerit,
ut sacrosanctæ nostræ scientiæ, Theologiæ nimirum, quæ tantò philoso-
phicis, præstat scientijs, quanto æterna nativis, immortalia caducis,
divina humanis antecellunt, immota ac inconcussa stent principia.

IV.

Quodnam vero illud ἀπόρισον καὶ ἀναπόδεικτον Religionis nostræ
Christianæ sit principium, non una omnium est sententia.

Pars I. Disputationis ἀνακελευσικῆς.

V.

Primum enim sese offerunt mitrati illi Romanenses paterculi (ut de
vetustioribus hæreticis nihil jam dicamus) & tota rassa illa, inuncta ac
probè delibuta Papatus cohors, quæ Oraculi illius Romani, Pontificis
Maximi, sive Papæ Responsa Principij ἀπορίσιν vim in dirimendis Re-
ligionis Christianæ controversijs obtinere, contendit.

VI.

Hæc enim pulchella sunt Emblemata, quibus tricoronatum hoc principium,
supis Tarpejæ monstrum insignire audent:

A 3

Quod

1. Quòd Papa omnia jura divina ac humana habeat in scrinio pectōris, etiamsi Idiota sit: ac proinde sola ipsius sententia sit standum.

Iob. de turre cremata, in summa de Ecclesia l. 3. c. 64.

2. Quòd contra Epistolas Pauli possit statuere, Carol. Ruin. Conf. 109. num. 9. vol. 5.

3. Quòd sit summus Iudex in controversijs fidei: ejusq̄ judicium sit certum ac infallibile, neq̄ possit ullo modo definire aliquid hæreticum.

Rob. Bellar. T. I. f. 953. & 956.

Bellar.

Tom. I.
f. 173. edit.
an. 1590.
in fol.

VII.
Et hoc ipsum sibi vult κοινὸς μὲν iste Romanensium, quem, cū de Controversiarum Iudice quæritur, subinde ingeminant, crocitant: Ecclesia, Ecclesia, Ecclesia: Per Ecclesiam nihil intelligentes aliud, quàm belluam istam Tarpejam, Pontificem Romanum, quem cum clero suo Ecclesiam repræsentare comminiscuntur.

VIII.

Et nè fortè durius aliquid in Pontificios, præter ipsorum meritum statuere videamur, prodeat Iesuita Bellarminus, labascentis jam papatus restaurator acerrimus; nosq̄ edoceat, quæ sit Synagogæ Romanæ, de Religionis Christianæ Principio, sive de Regula fidei, sententia.

IX.

Bellar.

To. I. f. 2.

Sic autem ille eam exponit: Inprimis statuendum est: Propheticos & Apostolicos libros juxta mentem Ecclesiæ Catholicæ, & olim in concilio tertio carthaginensi, cap. 47. & nuper in concilio Tridentino, Sess. 4. explicatam, verum esse verbum Dei & certam ac stabilem regaliam fidei.

X.

Tussis hæc est pro crepitu: & perindè ludit Iesuita, ac ille, de quo Gregorius Theologus in Epistola ad Eusebium Episcopum Casariensem scribit, qui una manu caput scabens, altera maxillam percutit.

XI.

Quis enim quæso tam obesa est naris, qui, quàm vasfris integumentis in hac sua suorumq̄ complicum recitanda sententia utatur Iesuita, non odoretur?

XII.

Scripturam Propheticam & Apostolicam, Regulam fidei veram ac certam esse largitur: at non αὐτοπιστον, non ἀναπόδεικτον: verum Conciliorum, tanquàm Iudicis superioris autoritate ac calculo sic constitutam ac approbatam.

Ecquod

XIII.

Ecquod verò hoc fuerit principium, quod αὐτὸ πῖσον, quod ἀναπὸ
θεῶν non est, quod per aliud superius est probandum? Ecquæ regula
hæc fidei fuerit, quæ certa non est, quæ per aliam veriore[m] ut corriga-
tur, necesse habet? Oppositum in adjecto hac ratione statui, nemo tam est
bardus quin intelligat.

XIV.

Idem ergo fatetur Iesuita, quod alij scriptores Pontificij absq[ue] rubore
asserarunt, Majorem Ecclesiæ, Pontificis Romani, & Conciliorum esse
autoritatem, quàm scripturæ sacræ. Item, scripturas, Ecclesiæ destitutas
autoritate, plus non valere, quàm fabulæ valeant Aesopica.

Eccius Enchirid. de autor. Ecclesiæ. Resp. 3. ad Object. hæreticorum.
Hermannus, scriptor pontificius impudentissimus: Hosius contra D.
Brenitum l. 3. de autoritate scripturæ.

XV.

Hæc nimirum est mens illa Ecclesiæ Catholicæ, Carthaginensi &
Tridentino Concilio explicata, ad cujus præscriptum, libri Apostolici
& prophetici, quasi ad exactiorem regulam ac amussim sunt exami-
nandi.

XVI.

Vbi tamen, quasi ἐν πύλοισι notandum, In Canone 47. Concilij
III. Carthaginensis, de mente hac Ecclesiæ ne verbum quidem reperiri:
ita ut inde iudicium ferre queamus, Si in ipso statim vestibulo tam tur-
piter impingit Iesuita, haud auspiciorem feliciorẽq[ue] totius reliquæ
ædificij esse structuram.

XVII.

Haud enim ibi reperias quicquam aliud, quàm præter scripturas
canonicas nihil in Ecclesia legendum sub nomine divinarum scriptura-
rum: Sic tamen, ut legantur etiam passiones Martyrum, cum anniversarij
dies eorum celebrantur: Quæ sanè constitutio, quantum Ecclesiæ nocue-
rit, ac ipsarum divinarum scripturarum lectionem magis magisq[ue] anti-
quarit, testatur tristissima seculorum insecutorum facies.

XVIII.

Sed fortè, quod in Carthaginensi concilio, de mente ista Ecclesiæ
Catholicæ explicatum non fuit, cum videlicet superior adhuc scripturæ,
quàm Ecclesiæ haberetur, uti haberi meritò debet, autoritas: id Tri-
dentinum conciliabulum, pro sua erga hæreticos benignitate, nobis non
invidit.

XIX.

Seß. 4.
die 8. Apr.
A. 1546.

Sic enim illud statuit & decrevit: veritatem Evangelij, & disciplinam morum contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus: omnesq; libros tam veteris quam Novi Testamenti, nec non traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu Sancto dictas, & continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipiendas & venerandas.

XX.

Euclio in
Aul. planti.

Quid autem obsecro hoc aliud est, quam, quod ille apud comicum dicit una manu, ostentare panem: altera ferre lapidem?

XXI.

Quid enim? Libri ne prophetici ac Apostolici, ipsum sunt verbum Dei? sunt certa ac stabilis regula fidei? sunt principia Religionis Christianae ἐν τῷ βίβλῳ καὶ ἀποστόλων? Atqui vero his ipsis libris, Romanae Synagoga decreta, & dogmata διαστὰ πάσῳν repugnant: An non igitur constrictam convictamq; vel ipsa Pontificiorum confessione nunc Romanam tenebimus Ecclesiam?

XXII.

Minimè: Obstreperit enim Conciliabulum & Iesuita noster: Hanc esse Ecclesiam, quam ipsi Catholicam falso ementito nomine indigitant, mentem, pari pietatis affectu ac reverentia suscipiendas & venerandas esse traditiones Pontificum & Conciliorum, quibus tanquam iibicini-bus sua si suffulta fuerint dogmata, quantumvis scripturis δὲ σφωρα, jam satis illa firmis inniti principijs.

XXIII.

Sub fin.
præfat.
Tomi. I.

Impostorem ergò, vel certè levissimum nugatorem agit Bellarminus, scribens: Convenire inter Pontificios, & omnes omnino hæreticos, verbum Dei esse regulam fidei, ex qua de dogmatibus judicandum sit: esse commune principium ab omnibus concessum, unde argumenta ducantur: deniq; esse gladium spirituale, qui in hoc certamine recusari non possit.

XXIV.

Anno
1557.

Hanc unam certè ob causam, in colloquio Vormatiensi ante annos 40. disputationem Pontificij turpiter abruperunt, quòd constanter negarent, ex scripturis sacris, quas materiam litis nominabant, argumenta peti vel posse vel debere: Sed ex perpetuo Ecclesie consensu iudicium de dogmatibus esse faciendum.

¶



XXV.

Hinc invaluit apud illos error, longe perniciosissimus; Scripturæ sacrae tantum inesse auctoritatis & certitudinis, quantum illi suffragijs Ecclesiæ conceditur.

XXVI.

Hinc quæstiones illæ, non sine magno Spiritus Sancti ludibrio sunt enatæ: Ecquis nobis fidem faciat, Scripturam hanc à Deo produsse? Quis sartam tectam ad nostram usq; ætatem, eandem pervenisse, doceat? Quis hos libros pro Canonicis habendos, reliquos ex eorundem albo expungendos persuadeat, nisi istorum omnium normam atq; regulam Ecclesiæ præscriberet? nisi scripturarum reverentia ab Ecclesiæ determinatione penderet?

XXVII.

Atqui verò tota hac strues, unico illo Apostolico adhibito arietè planè concutitur & evertitur, quem nobis Epistola ad Ephesios monstrat; ubi Ecclesiam testatur Apostolus, Prophetarum & Apostolorum fundamento sustineri. Quod si igitur Ecclesiæ fundamentum est doctrina prophetica & Apostolica: consequens fuerit huic antè suam consistisse certitudinem, quàm illa extare ceperit. Eph. 2. 20.

XXVIII.

Et quamvis progressu temporis, Ecclesiæ auctoritate factum, ut Canonici libri pro Canonicis agnoscerentur: non tamen Ecclesia hac in parte iudicis, prætoris potestate prædii, sed testis duntaxat partes est executæ.

XXIX.

Quemadmodum autem testis non habet potestatem, pro suo libitu ac arbitrio probandi vel improbandi ea, quæ vidit, aut audivit: sed simpliciter bona fide exponere ea cogitur, quibus agendis ipse interfuit.

XXX.

Ita Ecclesia neq; ex libro Canonico non Canonicum: nec vice versa ex non Canonico Canonicum facere potest aut debet: sed summa tantum fide testimonium de manu in manum tradit, acceptum ab ijs, quæ ipsos Apostolos docentes audiverunt.

XXXI.

Testis ergò non Iudicis vocem Ecclesiæ permittimus: & nec eam quidem absolutam ac simplicem, sed quæ primitivæ Ecclesiæ testimonio, ab ipsis Apostolis traditione vivæ vocis accepto, per omnia consentiat.

Idem

XXXII.

Concilio-
riū autori-
tas quæ.
Idem ferendum etiam est iudicium de Concilijs, quorum non ma-
ior est autoritas: quàm quantam ex scripturarum autoritate sibi com-
parant: ac proinde nec novos fidei articulos condere, nec nova dogma-
ta in Ecclesiam invehere: nec leges obligantes in conscientia, ferre vel
possunt vel debent.

XXXIII.

l. 3. contra
Maximi-
num Arianum. T. 6.
f. 508.
Cui sententiæ adstipulatur etiam D. Augustinus scribens, Sed
nunc neq; ego Nicenum, neq; tu debes Ariminense, tanquam præjudica-
turus, proferre concilium. Nec ego hujus, nec tu illius autoritate detine-
ris. Scripturarum autoritatibus, non quorumcunq; propriis: sed utrisq;
communibus testibus, res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione
concertet.

XXXIV.

Theodore.
l. 1. c. 7.
Tripart. l.
2. c. 5.
Vnde piissimus Imperator Constantinus Episcopus Niceni Conci-
lij graviter hortatur, ut Arianae hereseos examen ad solam Sanctissimè
Spiritus doctrinam instituerent, gravissima addita ratione: Evangelii-
ci inquit & Apostolici libri, nec non antiquorum Prophetarū oracula
planè instruunt nos de ijs, quæ de religione sentienda sunt.

XXXV.

Patrum
autoritas
quæ?
Idem de scriptoribus Ecclesiasticis, quos vulgò Patres appellitant,
est tenendum iudicium, quorum quantumvis alioqui præclara in Eccle-
siam Christi extent promerita, quæ sanè ipsa nunquam satis vel agnosce-
re, vel prædicare potest: non tamen iudicium, sed testium loco eos habi-
tos, ad Canonem scripturarum etiam revocamus: & quemadmodū D.
Augustinus de Cypriani commentationibus scribit eorum scripta non ut
Canonica habemus, sed ex Canonicis consideramus: & quod in eis divi-
narum scripturarum autoritati congruit, cum laude eorum accipimus: &
quod autem non congruit, cum pace eorum respuimus.

XXXVI.

l. II. cont.
Faust. Ma-
nich. c. 5.
Quæcunq; ergo, vel Conciliorum Canones, vel Patrum monumenta,
nobis exhibent dogmata, ea, ut rursus D. Augustini verbis utamur, non
cum credendi necessitate, sed cum iudicandi libertate accipimus.

XXXVII.

Et hoc quidem primum est hereticorum nostri temporis agmen, quod
in principio Religionis Christianaε κατωπιση rectè constituendo, gravi-
ter aberrans, humana divinis, hoc est, responsa Pontificis Romani, Conci-
liorum

liorum decreta, patrum monumenta, ipsius Spiritus Sancti Oraculis,
partim stolidè, partim blasphemè anteponeere haud dubitat.

XXXVIII.

Offert se verò secundo loco & aliud hæreticorum agmen, quos à
primario hæreses capite, Sacramentarios vocamus, qui, licet nihil
minus, quàm circa constitutionem Principij Religionis Christianæ, verè
ἀναπόδεικτος errare videri velint; res ipsa tamen loquitur, ipsos jam
pridem triste planè ac exitiosum circa illud fecisse naufragium, ac ne
dùm quidem ex eo ad litus ac portum tutiorem appulisse.

VI, Error
Sacramen-
tarios
de Religi-
onis Chri-
stianæ
principio.

XXXIX.

παράδοξον fortassè, Sacramentarij, hoc vobis videbitur, ut qui
eandem nobiscum thesin contra Pontificios hætenus strenuè defendisse,
& solam scripturam sacram principium esse ἀυτόπιστον, eamq; nullis
omnino demonstrationibus & rationibus subiiciendam, cum Calvino
statuisse videri vultis.

Cal. l. 1.
Instit. c. 7.
85.

XL.

Atqui vehementer metuo, ut, dogmatum vestrorum principijs
paulò expensis accuratiùs, Protestatio hæc vestra, quantumvis solennis,
sit contraria factò. Quod ut vobis demonstrè, sequens hoc quæso ex-
pendite Dilemma.

XLI.

Aut verè, & ex corde creditis id, quod nobiscum ore fatemini,
solam nimirum scripturam sacram esse Religionis Christianæ, totiusq;
adeò Theologiæ sanioris principium ἀναπόδεικτον; aut hoc non verè
creditis, ac proinde & DEO & hominibus nefariè illuditis.

XLII.

Si verè hoc creditis, illud etiam credatis necesse est: Quodlibet
θεολογικόν Theologicum, quod in scriptura sacra Deus ipse, vel de se, vel de
rebus fidei quibus vis protulit esse ἀμεσον, ἀυτόπιστον ἢ ἀναπόδεικ-
τον, ac ita prorsus comparatum, ut sine omni exceptione ac dubitatione,
pro rato illud sit habendum.

XLIII.

Nervus in eo consistit, quia non pars Scripturæ sacrae, sed tota, to-
ta est θεὸς ὡς θεός: Quare quoties de hoc vel illo axioma Theologi-
co quis demonstraverit; Ita scriptum esse à prophetis & Apostolis: ita
ipsum DEVM locutum: ita Christum docuisse: absq; ulla hæsitazione
assentiendum esse, ipsa pietas ac Religio Christiana flagitat.

B

Atqui

X L I V.

Atqui verò tantum abest Sacramentarij, ut omnium ἀξιωματικῶν Theologicorum, quæ Spiritus Sanctus in scripturis monstrat, in dubia ac in violata vobis sit fides & autoritas: ut non modò in dubium ea vocare, sed alia etiam, & cum ipsdem è diametro pugnantia constituere, ac defendere jam pridem ceperitis.

X L V.

Hic Rhodus, hic saltus: Ergo dicti rationes ac firmamenta ocyus percipite.

X L V I.

Iob. 3. 16. 1. Axioma Theologicum est, Christum & Apostolos autores habens: DEVM dilexisse totum genus humanum, ac tanquam agnum DEI tulisse peccata mundi, factumq; propitiationem non pro electorum tantum, sed pro peccatis totius mundi.

Beza Coll. 1. Axioma Sacramentarium est: Intolerabilem esse vocem, statuere Christum pro damnatis etiam mortuum: Siquidem ipse non omnium hominum, sed Electorum duntaxat Redemptor à DEO patre sit constitutus. Mont. f. 514. Ranch. l. 2. Misc. f. 280. Aretig. problem. f. 21.

X L V I I.

Iezech. 2. Porro Axioma Theologicum est, quod ipse de Cælis Iehovah edidit, & passim in verbo suo inculcat: DEVM nolle mortem impij, ac ne pereuntis quidem, sed velle, ut convertatur à via sua mala, & vivat, neq; ullus pcreat, sed omnes salvi fiant, & ad agnitionem veritatis perveniant.

Beza. vol. 1. Axioma Sacramentarium est: DEVM non tantum ad damnationem sed etiam ad causas damnationis prædestinasse reprobos, non propter prævisam infidelitatem aut alia peccata: sed tantum secundum libell. 3. lust. c. rum divinæ voluntatis propositum; idq; propter sese, antequam ipsi vel essent, vel quicquam mali facerent, ita quidem, ut Reprobationis causa nequaquam peccatum esse possit. Boq. in disp. Heid. Renneck. in cat. sal. Tit. 3. 5. f. 37. Pareg. Apol. f. 45 et 47. X L V I I I.

I. Pet. 3. 3. Axioma Theologicum est: Baptismum esse lavacrum regenerationis & renovationis Spiritus Sancti: esse ἐπερωτήματα firmam stipulationem bonæ conscientie cum DEO: esse lavacrum in remissionem peccatorum.

Axioma Sacramentarium est: Pueros neq; omnes, neq; aliquos Beza præ- re ipsa in illo Baptismi momento regenerari: sed suo ætatum tempore ex fat. resp. ad auditu verbi: imò in senectute sæpius id subsequi. acta, Coll. Montp. f. 22. Et in Coll. f. 470.

super-

X L I X.

Supersedeo sexcentis alijs axiomatis Theologicis, quæ scriptura sacra nobis de S. Eucharistia, alijsq; articulis fidei, verè αὐτοπίστα proponit: quibus vos Sacramentarij tam repugnantia opponitis dogmata, ut vix major luci cum tenebris, veritati cum mendacio, Christo cum Belial, DEO deniq; cum Diabolo pugna ac contrarietas intercedere possit.

L.

Quibus ita constitutis, consequens jam est vestra dogmata non scripturis sacris, tanquam principijs αὐτοπίστοις inniti: ac proinde vos ex corde minimè credere, solum ac vnum verbum DEI scriptum Religionis Christianæ esse principiū: Sed novo aliquo excogitato gnomone, & DEO & hominibus nefariè illudere, ὅπερ ἐδὲ δ' ἔξει.

L I.

Ecquodnam verò vestrorum dogmatum sit principium, dicam, & Humana vno verbo dicam, HUMANÆ RATIO, ad quam ceu Lydium lapidem Ratio non vestra placita appenditis et examinatis: ad hujus amussim ea si quadrent, est Religio parum aut nihil referre statuitis, quanam scripturæ sacre de ijs sit sententia. stianæ

L II.

Quam verò lubricum, & ex arenulis totum hoc confutum sit principium, fundamentum: quam impium ac blasphemum in ipsum DEVM Sacramentorum scripturarum autorem longè veracissimum, hoc sit delirium; nemo sanus est, quin intelligat; nemo pius, quin detestetur.

L III.

Quid enim impium ac detestandum magis, quàm veritatem mendacio, hoc est, DEVM hominibus subicere? Quid bar dum ac stolidum magis, quàm ex tenebris imò cæcitate humanæ rationis, fidei πλῆροφῶγια lucem in animis hominum velle accendere?

L I V.

Quam malè Rationis nostræ iudicium sacris in literis audiat ne 1. Cor. 2. 14.
mini non est manifestum: Animalis homo, inquit Apostolus, non percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI: Si quidem stultitia est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter dijudicantur.

L V.

Et profectò si ad Rationis nostræ depravatæ normam & regulam exigenda essent sacra dogmata, ne unus quidem fidei Christianæ articulus certus et firmus remaneret LVI.

Vnde mirum nemini pio videri vel potest vel debet, quod factum, quòd Sacramentarismus tum in alijs articulis fidei, tum

B 2

tum verò ac cum primis in expositione verborum Cœnæ, tam sæda laborat πολυκεφαλία.

LVII.

Hic enim solet esse effectus, quando à Scriptura sacra, unico scilicet mysteriorum divinatorum fundamento certo et ἀνεμφισ Βητιτω, ad ingenij humani glossas ac commenta discessu fuerit; ut quasi turbine aliquo, in varia sententiarum præcipitia abripiaris, nec ubi consistas, reperire possis.

LVIII.

Neq; verò vel tantillum juvat Sacramentarios, quòd rationis iudicio uti sese obstrepunt, non cœcæ ac nondum regeneratæ, sed per Spiritum Sanctum jam renatæ ac illuminatæ.

LIX.

Nequaquam enim illuminata ratio, in explicandis axiomaticis Theologicis, Iudicis sibi jus autoritatemq; arrogat, aut pro sui ingenij arbitrio & captu ea definit; Sed verbo DEI, principio verè ἀναποδευκτω reverenter sese subijcit, ab eoq; tota dependet; intellectus sui acumine sub obsequium Christi, captivo ducto.

2. Cor. 10.
5.

LX.

Rectissime S. Thomas Aquinas, à Pontificijs hac in parte etiam dissidens, contra sacramentarios definiit: Religionem Christianam, si ve doctrinam sacram non supponere sua principia ab ulla aliqua scientia humana; Sed tantum à sapientia divina, à qua, sicut à summa sapientia, omnis nostra cognitio ordinari debet.

Thom. in
Summa.
qu. 1. art.
5. & 8.

LXI.

Et D. Chrysostomus, Magnum periculum esse, inquit, res fidei, huic in manibus committere rationibus; Idem enim hoc esse, ac si quis ferrum Genes. Ho ignitum non forcipe, sed digitis atrectare velit.

In Psal.
115. & in
Genes. Ho
mi. 21.

LXII.

Quod de humana rationis iudicio iam diximus, idem de Philosophia quoq; per omnia statuendum esse arbitramur.

Philoso-
phia non
est Religio-
nis Christi-
anæ prin-
cipium.

LXIII.

Esi enim Philosophia, si finibus suis contenta, tanquam Agar ancilla, Domina Saræ obtemperet, nullumq; sibi in res divinas ac spirituales dominium affectet, non modò contemnenda non est, sed etiam probe cognoscenda: ut quæ D. Apostolo teste, ex aspectabilibus his creaturis, ad DEI invisibilis cognitionem nos aliquo modo adducit; ipsasq; hominum actiones, quantum quidem ad hanc civilem vitam pertinet, modera-

Rom. 1. 20.

Quando

LXIV.

Quando tamen fines suos ac limites egressa, in ecclesie possessiones irrupit, in eamq; varia & discrepantia placita invehit; tum demum fugienda & detestanda est, secundum illud Apostoli: videte ne quis sit, Colos 2.8. qui vos deprædetur per philosophiam, & inanem deceptionem, juxta Elementa mundi, & non juxta Christum.

LXV.

Hæc enim est, ut Tertullianus scite admonet, ex qua omnis generis adversus hæreses & olim fuerunt exortæ, & hodie etiamnum oriuntur: ita ut tales philosophos Hæreticorum patriarchas rectissime dixeris.

Tertull.

Hermog.

LXVI.

Nihil ergo, ut idem Tertullianus subiicit, sit Athenis cum Hierosolymis; nihil Academia cum Ecclesia: nihil stoicis, & platonis, & Diogenis cum Christianis.

Tertull.

lib. de præscript. adversus hæreticos.

LXVII.

Restat tertium ac postremum hæreticorum nostri temporis agmen Enthusiatarum sive Schwenkfeldianorum, qui Religionis Christianæ Principia volunt esse, internos, violentos & phantasticos raptus, ac ardana cum Deo colloquia.

III. Error Anabaptistarum et Schwenkfeldianorum.

LXVIII.

Emerferunt enim ante annos 52. primum, qui nescio cujus revelationis Spiritus magisterium obtendentes, lectionem scripturæ sacræ omnem respuebant, eorumq; irridebant simplicitatem, qui emortuam & occidentem (sic enim blasphemè verbum Dei vocabant) literam adhuc conservant: nec populum ex Biblijs docendum amplius, sed ex visionibus duntaxat singularibus instruendum esse contendebant.

rum. An. ch. 1525. Thomas Monetarius. An. ch. 1535. Bern.

LXVIII.

Quo eodem principio innixus primarius Sacramentariorum patronus Carolstadius, scripto publico confessus est, sibi apparuisse virum quendam, à quo sententiam suam de negotio Eucharistico primum acceperit, quem ille Deum patrem fuisse per suasus sit.

Knipperdolling, & Anabaptiste Monasterienses.

LXX.

In quem eundem modum Zuinglius scripsit, sibi in summo angore & difficultate defendendæ suæ sententiæ de cena constituto, in somnis ἀπό μυχῶν monitorum apparuisse (Ater fuerit an albus, nihil memini, inquit) à quo responsionis & defensionis materiam acceperit. Dignas habent labra lactucas.

Vide Sleid. l. 5. 6. & Cingl. in subsidio Atqui Eucharistia.

LXXI.

Atqui verò edisserant nobis hi fanatici, quisnam iste sit Spiritus, cuius afflatu eò sublimitatis sint erecti, ut Scripturarum doctrinam ceu puerilem & humilem despiciere ausint.

LXXII.

Si Christi Spiritum esse dixerint, quo & Apostoli in festo Pentecostes, & alij in prima Ecclesia fideles illuminati sunt, causam porrò nobis indicent, qui factum quòd nullus horum verbi Dei contemptum ex ipso dicit, sed unus quisq; summa reverentia illud est profectus.

LXXIII.

1. Tim.
4. 13.

D. sanè Apostolus in tertiam usq; celum raptus, non destitit tamen scrutari scripta legis & Prophetarum: sicuti & Timotheum, insignem Ecclesie Doctorem graviter hortatur, ut lectioni scripturarum diligenter attendat.

LXXIV.

Rom. 10.
14.
Luc. 16.
31.

Et non dari potest ullus in tota scriptura sacra apex, quo tales motus sine externo verbo Deus promittat: Quomodo credent, inquit Apostolus, de quo non audierunt? Quomodo audient absq; predicante? Et Christus Servator: Habent Mosen & Prophetas, audiant illos: quos si non audiunt, neq; credituri sunt, si quis ex mortuis resurgat.

LXXV.

Huc accedit quòd Principium Religionis Christiane, sive regulam fidei, certam notamq; esse, necesse est. Nam si nota non sit, regula certè non erit: Si certa non sit, ne regula quidem esse potest. Quod utrumq; de Enthusiasmis illis vel raptibus affirmari nec potest nec debet.

LXXVI.

Quid? quòd omni planè destituti probandi Spiritus medio, quod est verbum Dei, inter Spiritus Sancti testimonium, & inter illusiones Satane distinguere nunquam possunt.

LXXVII.

Et sanè vel ipse eventus, qui stultorum Magister perhibetur, fanaticos hosce erroris jam pridem convincere debuisset: Siquidem jam olim deprehenderunt, se hoc modo aëre & stras, certum nullum fundamentum spei seu vros & vros sue retinere: sed quovis doctrinae agitato vento, modò hanc, modò illam revelationem pro Dei verbo arripere: nullibi tamen, ubi consistant, pedemq; figant, reperire.

Paris



Pars secunda disputationis κατασκευασική.

LXXVIII.

Perniciosis hisce errorum lolijs, ad hunc modum refectis, Consequens est, ut tandem, quod nam ἀυτοπίστον κί ἀναόπιστον Religionis Christianæ sit principium, pro secunda disputationis hujus parte, consideremus accuratius.

LXXIX.

VERBUM ergo Dei, Religionis Christianæ, totiusq; adeò Theologiae sincerioris fundamentum ac principium esse verissimum firmissimumq; piè indubitanterq; credimus ac confitemur.

Verbum Dei est principium Religionis Christianæ.

LXXX.

Hoc verbum Dei est doctrina Cælestis, quam Deus quoquò modo revelatam, de essentia & voluntate sua generi humano patefecit, singulis temporibus hominibus ad salutem sufficiens.

LXXXI.

Hanc doctrinam πολυμερῶς κί πολυτρόπως multis vicibus multisq; modis olim Deus revelare voluit.

Hebr. 1. 1.

LXXXII.

Protoplastis, Moysi, alijsq; nonnullis, à facie ad faciem locutus est Deus: alios sub imagine Angelica: alios per visiones tam diurnas quam nocturnas: alios per somnia de voluntate sua edocuit.

Gen. 2. 16. & 17. 33. 11.

LXXXIII.

Inprimis verò admiranda fuit pectoralis Pontificij Vrini & Thumim, in sacerdotali veste Ephod, revelatio; qua Sacerdotes tunica illa induti, de voluntate Dei certiores sunt redditi.

Exod. 28. 30.

LXXXIV.

Prophetae divino ac cælesti quodam afflatu Spiritus Sancti edocti sunt de ijs, quæ de mente sua Deus hominibus innotescere voluit.

2. Pet. 1. 21.

LXXXV.

Novissimis diebus, teste Epistola ad Hebræos sine umbrarum involucribus, & absq; multiplicibus illis revelationibus, per FILIUM suum nobis locutus est Deus.

Hebr. 1. 1. 18.

LXXXVI.

Etsi verò his omnibus, ipsum revelationis modum si spectes, magna inest varietas: una tamen atq; eadem fuit omnium cælestis veritas, atq; hujus respectu, par & æqualis omnium auctoritas.

tas;

tas: quippe de voluntate Dei justissima atque optima, summa certitudine testantium.

LXXXVII.

Ceterum doctrinae caelestis, hisce modis revelatae tum conservandae tum propagandae ratio alia non fuit, quam per depositum fidei Patriarcharum, aliorumque spectatae fidei virorum, quibus uti Oracula isthaec divina ad custodiendum religiosè fuerunt concredita: ita magna fide ac pietate ea omnia ac singula, inprimis verò promissionem de venturo Messia, semine mulieris, contrituro caput Serpentis, suae aetatis hominibus inculcarunt, & ab oblivione vindicarunt.

LXXXVIII.

Quae sanè propagandae doctrinae Caelestis ratio tantò fuit commodior, quantò sanctior in populo Dei Patriarcharum fuit autoritas: quibus aequè ac Deo ipsi fidem adhibebant: quantò etiam diuturnior & longior illorum aetas, in multa ac sera usque perduravit secula.

LXXXIX.

Postquam verò posteris temporibus, crescente partim hominum numero, decresciente autem eorundem aetate; ipsisque Ecclesiae pomeriis, non privatarum amplius familiarum limitibus circumscriptis, sed per dissipationes populorum, longè lateque propagatis; ipsa quoque Pietas & Religio haud ab omni corruptela immunis remaneret, quin ex praecipuis patriarchis quidam cultibus irretirentur Idololatricis, teste Deo apud Ieze. 20, 8. zechielem; non tam utile, quam necessarium Deo visum fuit, ut modum in conservanda doctrina sua haecenus servatum, penitus antiquaret, ac nova ratione eam ab interitu & corruptelis vindicaret.

XC.

Iren. l. 3. Quare non viva amplius vocis traditione, sed scriptis tabulis verbum suum sartum tectum conservare ac propagare Deus voluit: ac pro-
c. 3. Au gust. in inde per Mosen primum, deinde per Prophetas, tandem per Apostolos
10an. tra. atque Evangelistas, peculiariter à Deo excitatos, Sanctoque Spiritu impulsos
49. ac illuminatos, conscribi ea curavit, quae saluti credentium sufficere visa sunt.

XCI.

Exod. 31, 18. Deut. 9, 10. Vbi illud cum primis memoratu est dignissimum, quòd Decalogum (quem int. scripta Deo visum primum omnium literis consignatum esse arbitramur) Deus ipse suis digitis conscribere: ac sic reliquam Scripturam omnem, initiare quasi & consecrare haud fuit dedignatus.

Non

XCII.

Non minus ergò blasphemum, quàm impium eorum censemus esse errorem, qui Scripturas ornatus magis, quàm necessitatis causa introductas esse dicere fuerunt ausi.

XCIII.

Constat hinc & illud, quem olim ad cognoscendam DEI voluntatem usum habuit verbum DEI non scriptum, hoc est, Oracula illa, visiones, somnia, Afflatus, Traditiones Angelicae, pectorale Ephodicum: nempe perquam certum ac indubitatum: eundem scripturas sacras plenissime, commodissime, firmissimè compensare: ac id quidem tantò præstantius reliquis revelationum modis omnibus; quantò hic modus DEO visus fuit, antiquandis prioribus aptior & convenientior.

XCIV.

Perquam ergò ridiculi, imò impij sunt, qui posthabitis tabulis scriptis, visionum & somniorum revelationem, & raptus nescio quos bodiè expectant; & si quæ ipsis à Diabolo immissa somnia, ea pro oraculis ex tripode, & è cælo delapsis mysterijs orbi Christiano obtrudunt.

XLV.

Fallunt etiam & falluntur Pontificij gravissimè, qui verbo DEI scripto ex parte repudiato, traditionibus ἀρχαίωσις à Pontifice Romano excogitatis, quas perperam Verbum DEI non scriptum appellitant, de veritate & salute nos edoceri posse autumant.

XLVI.

Nos contra pro verbo DEI, nihil quicquam nisi scripturis expressum agnoscimus: & scriptura hac sacrosancta Verbum DEI unice nostro seculo definiendum esse, ac quicquid illa docet, Verbum DEI & voluntatem Patris cælestis esse, indubitata fidei πλῆροφωσις confitemur.

XLVII.

Scripturæ autem hujus monumenta non suppressa latere, sed partim quoad autorem eorum mediatum ac secundarium: partim verò ac imprimis quoad indubitata sanctitatis atq; veritatis fidem, vix temporis testimonijs, passim fidelibus innotescere DEVS voluit.

XLVIII.

Cujus utriusq; notæ excellentia atq; dignitate pollent ea scripta omnia, quæ hanc ipsam ob causam Canonica nominare solemus: quæq; in veteri quidem Testamento, Canone Hebræo continentur: In novo autem nunquam vel quoad autorem, vel quoad autoritatem indubium fuerunt vocata.

Hier. præ-
fat. in li-
bros Salo-
monis.

Vnde factum, ut quotquot libri veteris Testamenti Hebræorum Canonè non essent inserti: de ijs & olim semper fuerit dubitatum: & hodieq; pro Apocryphis ab Ecclesia habeantur, quippe qui obscuram & incertam fidem merentur, & ut D. Hieronymus admonet, ad ædificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam, in Ecclesijs legi ceperunt: Vnde Ecclesiastici dicti sunt.

C.

Qua de re idem planè Orthodoxa etiam statuit Antiquitas: ut Origenes apud Eusebium l. 6. c. 25. qui plures non agnoscit veteris Testamenti libros Canonicos, quàm quos Hebræi receperunt: cui subscribit D. Hieronymus in prologo Galeato ad Paulinum.

C I.

Quæ causa est, quòd Iudæi Canonem Veteris Testamenti à numero librorum **תנ"ך** indigitare voluerunt.

C II.

Quos secutus Cyrillus, ἀναγίνωσκε inquit τὰς θείας γραφὰς, τὰς εἰκοσι δύο βιβλῶν: πρὸς δὲ τὰ ἀπόκρυφα μηδὲν ἔχει κοινὸν κατηχησ. Et Nazianzenus in carmine scribens:

Ἀρχαίας μὲν ἔβηκα δύο καὶ εἰκοσι βιβλῶν,
τοῖς τῶν ἑβραίων γράμμασιν ἀντιθέτους.

C III.

Sunt igitur Apocryphi libri veteris Testamenti, non ij tantum, quos Iesuita Bellarminus enumerat: Oratio Manassæ: Psalmus 151 & seq. Davidis, cujus meminit Athanasius: appendix libri Iob: præfatiuncula Threnis Ieremiæ præfixa; Liber Hermetis sive pastoris: tertius & quartus Esdræ: quorum aliquos rectius nothos, supposititios & adulterinos dixeris.

C IV.

Sed reliqui etiam omnes qui in vulgata Latina recensentur: ac in Hebræorum Canonè non continentur: quibus etiam ab ijs fuit reclamatum, qui Apostolorum temporibus partim vixerunt, partim quàm maximè fuerunt vicini: Quorum hac in parte testimonio cumprimis standum esse, iudicamus.

C V.

Tom. 1 f. 80. Quod enim Iesuita de Zepherino Pontifice ait, ipsum melius novisse, quot essent Apostolorum Canones, quàm ullos posteriorum: id multò rectius de vetustissimis illis, & primis quibusq; Apostolorum succes-

7
successoribus affirmare possumus, melius eos novisse, quæ essent Cononice & Apostolica scripturæ: quàm ullos posteriorum vel Pontificum vel scriptorum Ecclesiasticorum.

CVI.

Vnde inferimus, detestandam esse Patrum Tridentinorum audaciam, qui libros Apocryphos, de quorum & autoribus & autoritate in Ecclesia primitiva semper fuit dubitatum, quiq; Hebræo in Canone non continentur: Sed quorum haud pauci fabulas etiam & somnia recitant, in ordinem Canonorum scriptorum reponere: imò Anathematis fulmine (bruto tamen) ferire haud fuerunt veriti eos, qui libros illos omnes, cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia Catholica (Romanam Synagogam intellige) legi consueverunt, & in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris & Canonicis non susceperint.

Seß. 4.
decr. I. d.
8. Apr.
1546.

CVII.

Quoad Novi Testamenti libros, etsi in eo quoq; sunt, de quibus & olim quæsitum fuit, & adhuc hodiè non una omnium est sententia: longè tamen majorem semper in Ecclesia auctoritatem, quàm Apocryphi veteris Testamenti, imo parem propè Canonicis Scripturis fidem ij obtinuerunt: Vnde & Authentici nominari consueverunt.

Athan in Synopsi. Cypr. sive Ruff. in Symbolo. Hieron. in prol. Gal. Euseb. l. 3. c. 25.

CVIII.

Patescit ex his quæ dicta jam sunt, quid sit statuendum de eorum Dist. 15. e. librorum auctoritate, qui sub Apostolorum nomine à nonnullis jam olim sancta Rolecti fuerint: ut de Evangelio Thomæ, Andrea, Nicodemi, Nazaræo-mana, Serum, &c. de quibus Ius Canonicum prolixius differit: Item de Epistola quibus ad Laodicenses, quæ tamen ab Apostolo Paulo scripta esse, nuspiam in paucis sacris legitur: de libro Hermetis, & id genus alijs: nimirum pro nothis, suppositiis & adulterinis habendos esse.

CIX.

Cæterum quoad scripturarum Canonicarum auctoritatem, ipsæ eam scripturæ non ab Ecclesia, nec à Pontifice Romano: Sed uti jam demonstratum s. auctori- partim & quidem præcipuè à causa efficiente, quæ est Deus: partim à tas Ioh. doctrine quam tractant excellentia & dignitate, obtinent planè divinam 7. 16. 1. & proinde αὐτότως καὶ ἀναπόδεικτον.

Thef. 2. 13.

CX.

Et tantam, ut ne latum quidem vnguem Ecclesiæ ab hujus 16. 2. Pet. præscripto 1. 21.

2. Tim. 3.

Deut. 4. 2. prescripto recedere fas sit: imò vel Angelus de celo, aliud Evangelium
annuncians, Anathemate sit feriendus. Gal. 1. 8.

C X I.

Qua de re præclare D. Augustinus disserit, inquit: Neq̄ sine
l. 2. cont. causa tam salubri vigilantia Canon Ecclesiasticus constitutus est, ad
Cresc. c. 31 quem libri Prophetarum & Apostolorum pertinent, quos omninò judi-
care non debemus, sed secundum quos de cæteris fidelium & infidelium
litteris liberè judicamus.

C X I I.

Scripturæ Est verò Canon iste scripturarum divinarum ita ad captum hu-
S. perspi- manum accommodatus, ut quæ saluti hominū scitu sunt necessaria, plac-
cuitas, nissime ac dilucidissime in eo sint exposita.

C X I I I.

Non in abscondito locutus sum, inquit apud prophetam Iehovah:
Ies. 45. 19 & Spiritus Sanctus graviter attestatur, firmum nos habere sermonem
2. pet. 1. 19. propheticum, cui rectè faciamus attendentes tanquam lucernæ lucenti in
loco caliginoso.

C X I V.

Et sanè cum Servator omnes adeò homines, ac proinde Laicos eti-
Iob. 5. 39 am scripturas scrutari jubeat; vel inde manifestū est, eas non Sphingis
Psal. 119. 9. esse enigmata, non Protagoræ principia, uti Romanenses blasphemè ca-
et 119. 105. villantur: sed esse lucernam pedibus nostris, & præceptum lucidum il-
prov. 6. 23 luminans oculos.

C X V.

Neque verò eatenus saltem quosvis Christianos Laicos scrutari
Laicis etiã scripturam vult Dominus, quatenus ea ad formandos mores, & sanc-
legenda scripturam vult Dominus, quatenus ea ad formandos mores, & sanc-
Biblia, endam pietatem prodest: Verum etiam quatenus salutis adipiscendæ ra-
tionem, & controversiarum dijudicationem inde scrutantes percipi-
unt.

C X V I.

Vnde & alibi idem Servator noster quosvis, ut dignoscant Pseu-
Matth. 7, dopphetas: Et Apostolus Thesalonicensis omnia probare jubet: id
15. 1. Thes quod Berrhōenses, (qui certè in Laicorum censu numeroq̄ reputandi)
3. 21. Act. & quidem nec à πᾶσις προδουίας fecisse, Actorum Apostolicorum
17. 11. testatur historia.

C X V I I.

Execranda ergo Antichristi Romani Tyrannis, qua sub pretextu
obscuritatis scripturarum, ne e e vel in linguam cuiq̄ populo vernaculā
convertantur: vel converse imprimantur, divendantur, & à Laicis po-
tissimum legantur, anathematis stricto fulmine inhibere ausus fuit.

D. Chry.

CXVIII.

D. Chrysostomus statuit lectionem sacrarum literarum usq; aded Homil. 2: esse necessariam Laicis fidelibus, ut suos auditores propter illius negle- in Matth. Etum publicis etiam concionibus corripuerit: Quis vestrum, inquiens, respondere queso, qui assistitis, unum, si exigatur, psalmum potest memoriter edicere, aut quamlibet divinarum Scripturarum portionem. Homil. 28. Propterea obsecro vos, ut subinde huc veniatis, & divina Scriptura in Genes. lectionem diligenter auscultetis, non solum cum huc venitis, sed & domi divina Biblia in manus sumite, &c.

CXIX.

Interim tamen minimè negamus, reperiri etiam eodem in Canone 2. Pet. 3. loca quadam δυσνόητα, difficiliora & obscuriora: quæ D. Petro teste 16. οὐ ἀμαδῆς, οὐκ ἀσίγητοι in suam ipsorum perniciem detorquent; 2 Cor. 4. 3. quippe in quibus Deus hujus seculi excacavit sensus, ne illucesceret illis lumen Evangelij gloria Christi.

CXX.

Quin & pijs interdum ac fidelibus oboriuntur quadam in scripturis obscuriora, quorum sensum haud ita facile quivis eruere potest. Cujus tamen obscuritatis causa, non in ipsis hæret scripturis, sed in hominibus, qui sermonis genus, ac linguae proprietatem minus habent cognitam & perspectam.

CXXI.

Qua de re præclare Megalander Lutherus noster differit: Esse, in Tom. 3. quiens, in scripturis quadam abstrusa, & non omnia exposita, invol- len, in lib. gatum est quidem per impios Sophistas, quorum ore & tu loqueris hic de Serv. Erasme, sed nunquam unum Articulum produxerunt, nec producere pos- arb. fol. sunt, quo suam hanc insaniam probarent. Talibus autem larvis Satanas 167. absterruit a legendis literis sacris, & reddidit scripturam sacram contem- temibilem, ut suas pestes ex Philosophia in Ecclesia faceret regnare. Hoc sanè fateor, esse multa loca in scripturis obscura & abstrusa, non ob majestatem rerum, sed ob ignorantiam vocabulorum & Grammatica: Sed quæ nihil impediunt scientiam omnium rerum in scripturis.

CXXII.

Et post pauca: Ut breviter dicam, duplex est claritas scripturae, fol. 169. sicut & duplex obscuritas: Una externa in verbi ministerio posita, altera in cordis cognitione sita. Si de interna claritate dixeris, nullus homo unum jota in scripturis videt, nisi qui Spiritum Dei habet, omnes habent. obscuratum Cor, &c. Spiritus enim requiritur ad totam Scriptu- ram.

ram, & ad quamlibet ejus partem intelligendam. Si de externa dixeris, Nihil prorsus relictum est obscurum aut ambiguum, sed omnia sunt per verbum in lucem producta certissimam, & declarata toti orbi, quaecunq; sunt in scripturis.

CXXIII.

Vnde duo hæc colligimus: I. Etsi scriptura sacra in se & per se considerata longè est clarissima: eam tamen proprii intellectus vigore atq; excellentia, sine gratia ac illuminatione Spiritus Sancti à nemine posse intelligi.

CXXIV.

II. Deinde non omnes promiscuè homines, qui vel maximè viam salutis ex scripturis habent cognitam, prophetiæ sive Interpretationis dono esse præditos.

CXXV.

Et posterius quidem hoc minus necesse esse cum Chrysostomo statui-
Tom. 3. mus: Nam aliud requiritur à Doctõribus Ecclesiæ, aliud ab auditoribus:
Homil. de Spiritus Sapientiæ datur docentibus: Spiritus intellectus auditoribus:
sancto & Ego prædico, tu intelligis, & dictorum mentem capis, docere autem nes-
adorando cis: Spiritus ille donum est sapientiæ propter doctrinam: sed sicut mit-
Spiritu: tit docenti sermonem sapientiæ: ita mittit & discenti donum intellectus.
fol. 890.

CXXVI.

Ipsa verò interpretatio Scripturæ, non pendet à Concilijs, aut
Conc Trid. à Pontifice Romano, ut sine cujus approbatione seu confirmatione nul-
sess. 4. lius Doctõris, imò ne conciliorum quidem valeat interpretatio: quem-
Bellar. admodum Tridentini Patres definire sunt ausi.

CXXVII.

Reclamat enim Observatio historiæ temporum: Siquidem Ponti-
fol. 172. fex Romanus tam non fuit Iudex vel scripturæ, vel Conciliorum, ut ad
Basiliense usq; concilium, quod celebratum Anno Christi, 1431. utrisq; longè fuerit inferior.

CXXVIII.

Reclamat universa orthodoxa Antiquitas, quæ de scripturarum
Decreti. dist. 9. c. interpretatione iudicium, penes unam ac solam scripturam esse voluit:
3 & seqq. ut probant dicta Patrum, magno numero in Ius pontificium sive cano-
nicum relata.

CXXIX.

Neq; etiam scripturarum interpretatio, D. Petro teste idicis est
2. Pet. 1. λυσιweis, à privato cujusq; interpretis Spiritu dependens: Siquidem is ip-
20. 1 Cor. se scripturis subjectus esse debet-
14. 32. 1. Ioh. 4. 1. Sed

CXXX.

Sed ipsa sibi ad interpretationem Scriptura sufficit, ac solus Spiritus Dei in scriptura loquens est audiendus, qui quæ aperte & dilucide locutus est, ea occultè sed efficaciter in cordibus nostris confirmat: secundum illud Apostoli, dicentis; Spiritualem hominem omnia dijudicare, & unctionem habere à Spiritu Sancto profectam.

1. Cor. 2.
15. 1. Iob.
2. 20.

CXXXI.

Hinc Servator cum Satana, Scribis & Phariseis disputans, ex sola scriptura questionum dubiarum decisionem depromere est solitus, uti videre est, Matth. 4. 4, & 10; c. 22, 29, 32, 42. c. 12. 3, Luc. 20. 37. Ioh. 10, 34.

CXXXII.

His ipsis Apostoli quoq; insistentes vestigijs, dogmata fidei confirmaturi, scripturarum præsidio inniti voluerunt. Act. 9, 22. c. 18, 24. Gal. 3, 6. c. 4, 22.

CXXXIII.

Unde pleclare D. Basilius, ἡ θεόπνευστος ἡμῶν διαίτησάτω ἐπιστ. 80. γραφή, καὶ παρ' οἷς ἂν εὐρεθῆ τὰ δόγματα συναρδὰ τοῖς θεοῖς λόγοις, ἐπὶ τούτοις ἤξε πάντως τῆς ἀληθείας ἡ ψῆφος.

Epist. 80.

CXXXIV.

Constat hinc, quid de Pontificiorum sermonibus quibus scripturam, imperfectam, mancā, mutilam esse: neq; in ea omnia ad salutem necessaria contineri caulamantur, sit judicandum.

Scriptura
S. perfect.

CXXXV.

Id nimirum, quod olim Iræneus de sui temporis hæreticis pronuntiavit: ipsos, dum ex scripturis suorum errorum se convinci vident, in ipsarum scripturarum criminationem descendere.

CXXXVI.

Perfectissimam sanè, suisq; modis ac numeris omnibus absolutissimam, & ad salutem sufficientissimam scripturam esse sacram, constanter affirmamus.

CXXXVII.

Hæc enim eruditos nos potest reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu: Hæc utilis est, ad doctrinam ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus: hæc est, semen illud incorruptibile, ex quo regeneramur.

2. Tim. 3.
15, 16, 17.

1. Pet. 1, 23.

Quò



CXXXVIII.

l. 2. de doct. Christi. c. 9. Quod pertinet illud D. Augustini, disertè asserentis, In his, quae aperte posita sunt in scriptura, inveniri illa omnia, quae continent fidem moresq; vivendi, spem scilicet & Charitatem.

CXXXIX.

Athanas. contra Gentes. Tertull. adversus Hermog. Cui suffragatur etiam Athanasius, sufficere inquit sanctas ac divinitus inspiratas scripturas ad omnem instructionem veritatis: Et Tertullianus, Scripturam plenitudinem se adorare affirmans.

CXL.

Quae scripturarum perfectio, tam non traditionibus ἀρχαίους alijs, aut decretis, quibus perficiatur, indiget: ut eas sub aeterni exitij imprecatione, relegat & proscribat.

CXLI.

Apocal. 22. 18. & 19. Hic enim non Apocalypseus modò, Sed universae adeò scripturae est Epilogus: Si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto: Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiae hujus, auferet Deus partem ejus è libro vitae.

CXLII.

Vnde liquet, Traditiones Pontificias, quas multis jam seculis sub confecto Apostolicarum traditionum tegumento Ecclesiae Christi, tanquam ad salutem necessarias obtruserunt, hodieq; obtrudunt, reyciendas & condemnandas esse.

CXLIII.

Etsi verò negare non possumus, Apostolos pro temporum suorum statu, traditiones quasdam non scriptas, τῆ τὰ ἔξω ἐκ τῶν γραμμάτων Ecclesiasticae inservientes, observasse: minimè tamen concedimus, eos illas voluisse esse perpetuas: alioqui enim, suis illas Epistolis sine dubio, ad instructionem totius posteritatis inservissent.

CXLIV.

Quin & illud intrepidè negamus, traditionum illarum Apostolicarum parem per omnia Scripturis sanctis esse auctoritatem.

CXLV.

Quanquam enim non minor est auctoritas Apostoli, ore precipientis, quam literis mandantis: tamen in ijs ipsis, quae ordinarunt, sive viva voce id factum, sive literis, maximam voluerunt esse discrepantiam.

CXLVI.

Alia enim planè ac simpliciter judicarunt necessaria, & ea propter

nom.



non modo ore tenus de ijs auditores suos influxerunt: Verum etiam in gratiam totius Christianae posteritatis literis consignarunt.

CXLVII.

Alia vero licet praesenti tum verum & Ecclesiae statui atq; temporis idonea judicariunt; nunquam tamen, quasi futura perpetua, literis mandare: imò quaedam etiam literis expressa, certo tantum temporis ac- Aet. 15. 20. commodata esse voluerunt: qualis fuit traditio, de abstinentia ab im- molatis, suffocato & sanguine.

CXLVIII.

Quare frustra Romanenses, Apostolorum abasi autoritate, suarum Traditionum, imò potius abominationum Centoni fidem facere conantur; quem Apostolicis traditionibus e diametro repugnare est manifestissimum.

CXLIX.

Neq; vel tantillum ipsos sublevari, quod, ut fucum impietati suae Ioh. 20. 30. faciant, ac incautioribus imponant, partim illud Iohannis ogganni- 21. 25. unt, quo non omnia scripta esse asserit: partim vero, multos libros Apostolorum interisse obstrepunt, quorum jactura, Traditionum supplemento sit compensanda.

CL.

Nam quoad prius illud, de signis ac miraculis Iohannem loqui manifestum est: quae singula describere, minus fuit necessarium, cum ad unum eundemq; finem, illum videlicet, quem ibidem Iohannes assignat, colliment omnia.

CLI.

Et si vel maxime de doctrina ipsa Iohannem loqui concedatur, tamen id saltem fuerit consequens, in Evangelio Iohannis non omnia esse scripta: quae tamen in reliquorum Evangelistarum ac Apostolorum scriptis posita non esse, nemo sanus inde colliget.

CLII.

Quicquid enim, ut D. Augustini verbis utamur, de suis dictis l. 1. de conf. & factis legere nos Christus voluit, id scribendum Apostolis, tanquam suis manibus imperavit: Item Electa sunt, quae scriberentur, quae saluti hominum visa sunt sufficere. Evang. c. 35. tra- stat: 49.

CLIII.

Ceterum quoad posterius illud, sane minime imus inficias, partim injuriâ temporum, partim vero hominum incuria ac negligentia, libros aliquot tam ex Novo, quam veteri Testamento, sed non sine divina providentiae dispositione, perisse.

D Eos



CLIV.

Eos enim duntaxat libros Spiritus Sanctus ad constituendum scripturae Canonem servatos voluit, quos ad firmandam veritatis doctrinam & Ecclesiae formam constituendam vidit esse necessarios.

CLV.

Reliquos autem, qui vel in usum certarum quarundam Ecclesiarum peculiariter scripti fuerant, vel illis potissimum temporibus serviebant, interire passus est: tum, ne Ecclesia multitudinem librorum gravaretur, tum ut curiositati humanae modus statueretur, in investigandis ijs, quorum cognitio posteris seculis minus futura erat necessaria.

CLVI.

Horum ergo librorum jacturam, Traditionum Pontificiarum Pandora complere velle, impium planè fuerit, cum nec DEVS ipse, illorum usum Ecclesiae concedere voluerit.

CLVII.

Quid? quòd hoc ἀδύνατον planè est praestitu: Quis enim quaso Pontifici Romano enarravit, quas libri isti, qui interierunt, Traditiones proposuerint: cum ne Antiquissimis quidem Patribus hac de re certi quicquam constiterit.

CLVIII.

Quapropter nihil aliud, quàm extremam impudentiam, cum insigni impietate conjunctam, suis hisce futilissimis ac levissimis πρῶτα, quae praetendunt, Pontificis nobis probare, asseveramus.

CLIX.

Et tandem cum D. Augustino concludimus: Siquis sive de Christo, sive de eius Ecclesia, sive de quacunq; re alia, quae pertinet ad fidei vitamq; nostram: non dicam si nos, sed quod Paulus adjecit, si Angelus de Caelo aliud Evangelium annuntiaverit, praeterquam id quod in scripturis legalibus & Evangelicis accepistis, anathema sit.

CLX.

Christus Ihesus sacrosanctum hoc verbi sui depositum, non tam apud nos illibatum conservare: quàm ad seram usq; posteritatem sanctum propagare: & à Pontificiorum, Sacramentariorum, aliorumq; sectariorum corruptelis magis magisque vindicare dignetur: Cui cum Patre & Spiritu Sancto sit gratia, laus, honos & gloria in omnes seculorum aeternitates, AMEN.

20.6

99 A 6906

ULB Halle 3
002 633 388




52


6

VD17

Reh ©







P U T A T I O

D E

G I O N I S

A N Æ P R I N C I P I

O D E I S C R I P T O,

N S C R I P T O,

Quam

Præside

O P T I M O M A X I M O

ventilandam proponit

S H U T T E R U S, S. S.

tor & in Academia Witte-
nensi Professor.

Respondente

H E R D E N I O M A R P V R,

geni Hesso.

arij, horis matutinis consuetis.



sa typis M. Georgij Mullerj.
D. XCVII.

*Suo.
Furcaro. Mes*

